

vantia fuerunt transportata, irrelevantibus relictis, Gratian. *discept. for. cap. 968, num. 11.* Rot. *decif. 564, n. 5, part. 2,* recent. & *coram Duran. decif. 94, n. 4, & seqq.* Minusque ex eo, quod Procurator, qui obtinuit sententiam à R.P.D. Roncono fuisse t. Virginia revocatus: Quoniam ille uti Dominus litis effectus, non obstante revocatione ad ulteriore Causæ prosequitionem procedere valuit, cùm in hoc statu procurator, + nisi causa cognita, aut eo, & Adverfario consentientibus revocari non possit, *l. post litem 17, C. de proc. l. procuratoribus 22. Cod. eodem cap. quamvis 2, eod. tit. lib. 6.* ubi plura cumulat August. Barbos. Donell. *lib. 18, comment. cap. 17,* ubi Ossual. *littera B. Rota decif. 195, n. 1,* coram Seraph. *decif. 937, n. 4, coram Peñia,* & in recent. *decif. 282, n. 7, & 8, part. 4, tom. 2.* Praterquam cùm uti talis ab Adverfario admissus, & approbatus fuerit, tanquam illegitimus rejici non valet, ex *l. generaliter C. de non n. pec. cap. per tuas 10, de prob. ubi communiter scribentes Golin. de Procur. p. 1, c. 5, n. 94.* Maximè cù Procurator dictorum de Cioffis adversus eum duas primas sententias obtinuerit, unde intrat regula *l. 1. C. quod quisque juris &c. Rota in Januen. Privilegiorum 28 Junii 1649, §. postremo Eminentiss. Corrado in Comen. Collegii 14. Februario proxime præteriti §. quibus accedit coram me.*

Justitia vero dictæ sententia comprobatur ex Instrumento publico impositionis Census ad favorem dictarum sororum cum obligatione Camerali solvendi fructus, + quod facit probatationem probatam, & rem manifestam, ut de eo judicari debeat, tanquam de casu legis. Arias de Mesa var. *resol. lib. 1, c. 24, n. 1, cum seqq. Cenc. de Cens. quæst. 43, n. 10, & 11.* Rota apud eundem *decif. 374, n. 3,* cum aliis enumeratis in Urbinaten, *Prætentis Salarii 26 Junii 1652, §. justitia vero vers. quod Instrumentum coram me.* Et contra illud allegari non valuit injustitia sententia veniens ex eo, quod jam Census extinctus fuerat. Nam adducta extincio per illos de Cioffis facta fuit in manibus Marci Antonii Gratiani, qui nec Dominus, + nec Creditor erat predicti Census, ut proinde ipsa extincio consistere non possit ex *l. si ego ff. de neg. gest. Giurb. decif. 79, n. 1.* Rota post Cenc. de cens. *decif. 174, n. 3.* Ex propria enim persona ipsi non competit, cùm Censum non imposuisset, nec ex jure alterius vigore scilicet asserta cessionis Jacobi Nonii: Nam omisso, quod Gratianus cessionem reportasset à Nonio, non tamen videtur justificatum, quod dictus Jacobus Nonius cessionem haberet a Virginia, & Euphrosyna sororibus, quibus primò Census fuit acquisitus; quam obrem non constito de jure cedentis, + cessione non suffragatur, *l. si nomen ff. de hæred. vel act. vend. Bart. in l. si sic §. 1, ff. de leg. 1. Surd. consil. 151, n. 91.* Aldobrand. *consil. 68, n. 2, lib. 2.* Rota coram San. me. *Greg. XV. dec. 579, n. 1.* post Pacif. de Salv. *decif. 162, n. 8, & 7, in recent. decif. 114, n. 14, part. 7, & apud Merlin. decif. 113, n. 1.* Nec ullam fidem meretur assertio dicti Jacobi, quatenus affirmat se Cessionarium + esse dictæ Euphrosynæ, cùm Instrumentum cessionis non exhibeat ex notatis per Alex. *consil. 3, n. 3, versic. sed si ita est lib. 2. Becc. consil. 5, n. 5,* Arias de Mesa var. *resol. lib. 1, c. 24, n. 2, & seqq.*

Non autem relevat, quod Euphrosyna nunquam dixerit de nullitate dotis in immobilibus, quia nihilominus ejus hæredes + opponere possunt *l. hæredes, C. ad Velleian. Salicet. in l. sciens in ult. notab. C. eod. Gabr. consil. 125, n. 6, lib. 1.* Rot. *decif. 385, n. 4, & 5, p. 1, recent.*

Nihil etiam refert, quod inter sorores facta fuerit

acquisitus; unde ex causa dotis transferri non potuit, cùm designatio dotis + specialiter facta in certis bonis, inducat denegationem in aliis argumento text. in *l. maritus, de proc. l. stipulationes commodissimum 53, ff. de verb. oblig. Mantic. cum ibi adductis de tacit. & ambig. lib. 12, tit. 13, nu. 25, versic. nam designatio dotis.*

Præterea, quia Census, de quo agitur, vel fuit datus in dotem inestimatus, & remansit in dominio + uxoris *l. in rebus, C. de jur. dot. l. plerumque 11, ff. eod. Guttier. consil. 22, n. 2.* Ant. de Amato *resol. 49, n. 7.* Aut datus fuit inestimatus estimatione faciente venditionem, & quia talis estimatione alienationem importat, nec à Tute, nec à muliere + fieri potuit, sine solemnitatibus, Bart. *in l. si constante. n. 7, ff. solut. matrim. Fontanell. de paci. nupt. claus. 5, gloss. 7, n. 24.* Franc. Hieron. Leo. *decif. Valent. 31, n. 2, cum seqq. lib. 1.* Rot. *decif. 588, n. 6, part. 4, recent. decif. 84, nu. 22, post Cenc. de cens.*

Replicatio vero, quod Census inter stabilia non computetur, sed tertiam speciem constitut, + ut proinde alienari possit absque solemnitatibus, elidit ex contraria veriori sententia, quam inter alios tenuit Grat. *discept. for. c. 367, nu. 26.* Rot. *decif. 431, n. 8, decif. 441, n. 2, post Cenc. de cens. & alibi passim.*

Supposita itaque nullitate dictæ cessionis, seu assignationis, quatenus probaretur, visum fuit non intrare subsequuntam mulieris ratificationem \* ex superveniente matrimonio, vel ex productione apochie, aut qualibet alio actu, quia sicut expressè eadem mulier non potuisset ab initio alienare sine solemnitatibus, ita nec tacite illam ratificare potuit sine eisdem solemnitatibus. Bart. in *l. 1. §. 1. ff. de leg. 3, & in l. hæredes palam, s. sed quid post ff. de testam. Bald. in l. mancipia, C. de reb. alien. ubi quod ratificatio reconciliat ea quæ pendunt ab animo, sed non quæ pendunt ex aliqua forma, vel ex alia exteriori potentia, & infert, quod ratificatio minoris + non valet sine solemnitate necessaria, quia in ejus contractu certa requiritur forma, ut etiam Surd. *consil. 28, d. n. 120, cum seq. Grat. discept. for. cap. 589, n. 11, & 15, Rot. dec. 160, n. 2, & seqq. p. 3, decif. 190, n. 26, p. 6, recent. in Romana nullitatis donationis 3 Julii 1628, coram Rever. D. meo Decano, & in Asculana pecuniaria 26 Junii 1647, coram R.P.D. meo Celso, §. neque ex eo.**

*Imò nec etiam Euphrosyna ratificatio praesumitur tam ex dictis actibus, quam ex taciturnitate in non petendo fructus Census, cùm non constet Euphrosynam habuisse scientiam nullitatis actus, + omnium qualitatum, vel quod Census fuisse in dotem datus, sive quibus in ista muliere ratificatio non inducitur ex trad. per Gabr. consil. 36, n. 60, lib. 1. Surd. consil. 49, n. 32, cum seqq. Grat. discept. for. cap. 513, n. 30, Rota decif. 104, n. 15, in fine, & n. 16, part. 2, divers. decif. 260, n. 12, & 13, part. 6, recent. in Anconitana nullitatis concordie 16 Aprilis 1646, §. & maximè coram bon. me. Arguelles. Praefertim cùm Census fuisse acquisitus pro sororibus in infantili \* ætate 16 constitutus, quæ affectum rei non habuisse intelliguntur *l. 27, C. de donat. l. 32, §. ult. ff. de acq. posse. cum similibus.**

Non autem relevat, quod Euphrosyna nunquam dixerit de nullitate dotis in immobilibus, quia nihilominus ejus hæredes + opponere possunt *l. hæredes, C. ad Velleian. Salicet. in l. sciens in ult. notab. C. eod. Gabr. consil. 125, n. 6, lib. 1.* Rot. *decif. 385, n. 4, & 5, p. 1, recent.*

Nihil etiam refert, quod inter sorores facta fuerit

fuerit divisio, nec presumptio, quæ pro ea inducenda afferuntur, & quod hujusmodi Census in dicta divisione obtigerit Euphrosynæ, quia adhuc ea admissa non infertur deveniente ad manus viri, aut saceri, ac deinde ad manus Gratiani, cum quo facta fuit extincio, quia non probatur cesso Euphrosynæ facta viro, vel sacerero, immo nec traditio in dotem.

Non obstat, quod cùm Virginia fuerit hæres Euphrosynæ assertæ hæredis Thobiae prætentis

etiam hæredes Jacobi cedentis, + non possint successores Virginie factum Jacobi authoris impugnare. Grash. in §. hæreditas quæst. 12, num. 6.

Menoch. consil. 89, n. 126, & seqq. Rota coram Caval. decif. 189, n. 3. Nam omisisti alii, illa fuit admissa responsio, quod Euphrosyna non fuit hæres, + sed tantum legataria ususfructus, ex traditis per Gratian. *discept. for. cap. 518, n. 7.* Nizol. alleg. 19, d. n. 21, usque ad 30. Propterea licet agnoscit legatum, non inde cogatur habere ratum factum defuncti, cùm ratio *l. cum à matre, C. de rei vind. in legato locum non habeat, ut ibi Barbos. pluribus relatis n. 14.* Rota *decif. 75, n. 6, post Modern. Foroliv. de legitima.* Praterquam hujusmodi factum uti nullum, + & invalidum recte poterat ab hærede impugnari d. l. hæredes. C. ad Velleian. Rot. *decif. 110, n. 1, part. 2, divers. in Bonon. fideicommissi de Rubeis 30 Maii 1646, coram Eminent. Card. Corrado §. nec obstat & in Fanen. hæreditatis 27 Maii 1652, §. fin. vers. unde coram me.*

Nec tunc Virginie debet opponi onus redendæ rationis, cùm id spectet ad hæredem proprietarium, + qui exigere potest cautionem de bene utendo, & fruendo, cuius favore fuit introductum ex titulo. ff. ususfruct. quæcum ad cau. Alex. consil. 120, sub n. 16, vers. prima quia lib. 6. Ex quo procedit, quod Testator + non possit illam remittere, *l. 1. C. de ususfruct. l. scire debet, C. ut in poss. legat. de die §. 4, ff. qui satvid. cog. Modern. Neapol. ad Surd. decif. 109, n. 1.* Quamvis valeat + proprietas Bart. & Barbos. in d. l. 1. C. de ususfruct. Ripa in l. nemo potest. n. 41, ff. de leg. d. Modern. ad Surd. ubi sup. n. 3, & decif. 281, n. 2. Castill. eod. tit. cap. 15, n. 16.

Denique refragari non debet, quod Euphrosyna satisfacta fuerit de censu controverso ex pecuniis ab hæreditate primi viri recuperatis, & quod in Instrumento dotali facto cum secundo viro, illi cesserit jus recuperandi ex bonis primi viri scuta 198. pro residuo dotis. Nam quomodo cumque sit, nunquam constat de comprehensione istius Census in dicta apophila matrimoniali, aut de vera cessione, seu extinctione legitima.

Ilud autem, quod Euphrosyna exigit + ab hæredibus primi viri cesserit in satisfactionem Dotis eidem traditæ, non in easum ejusdem Census, + ut in veram, & duriorum obligationem, *l. in iis, & l. cum ex pluribus, ff. de solut. in terminis Merlin. Pignatell. controversial. forens. cap. 26, n. 11.*

Atque ita utraque &c.

#### D E C I S I O LXXXVI.

R. P. D. C E R R O.

Barenf. seu Nullius Pecuniaria.

Veneris 23. Januarii 1654.

S U M M A R I U M.

\* Emancipatus se obligans cum Patre non gaudet

beneficio, deducto, ne egeat, maximè habet peculum, n. 2.

3 Obligatio cum Patre, & filio intuitu bonorum utriusque censetur contracta.

4 Paupertas requiritur, ut quis gaudeat beneficio, deducto ne egeat, & n. 6.

5 Praxis qualis sit, ut filius obtineat privilegium l. 2. C. quod cum eo.

7 Clericus non gaudet cap. Odoardus nifit pauper: In sacris non constitutus, aut non habens beneficium non gaudet cap. Odoardus, numero 8.

P Rætendebant Joannes Baptista, & Pompejus fratres de Continisis admittend. esse ad beneficium deducto ne egeat, cùm tam prima obligatio de anno 1632, quam secunda de anno 1634, ab ipsis contracta fuerit, dum erant filii famulas una cum Joanne Vincentio ipso cum Patre, ex quo se obligaverint pro dote ad favorem lorisorum ex mera liberalitate, nulla necessitate adstringente, & demum quia tanquam Clerici juvantur beneficio c. Odoardus de solut.

Verum propositio hodie dubio, Domini responderunt non competere Continisis beneficium, deducto ne egeant.

Prætextus enim patrie potestatis, præter quod in facto non subsistit, quia constat ex publico Instrumento relato in summ. Mirti n. 3. ipsos fuisse emancipatos de anno 1630, quod etiam sub jamento affirmarunt in instrumento secundæ obligationis, eodem summ. n. 2. Et proinde cur contraxerint sui juris effecti, + non gaudent dicto beneficio, ut notat Gloss. in l. 2. verb. cuius ff. quod cum eo, dum non justificant à paterna hæreditate se abstinuisse. Et ulterius dum de tempore obligationis proprium peculum + habebant juxta præcisam ipsorum confessionem in dicto instrumento jurejurando firmatam, juvari non possunt beneficium l. 1. & 2. ff. & C. quod cum eo. Quia Mirtus creditor intuitu, tam paternæ + hæreditatis, quam particulariter bonorum ad ipsos proprio jure spectantium, contraxisse censetur, Castr. in dict. l. 2. in fin. versic. idem dicunt. Franch. decif. 70, per tot. Cort. de remed. subsidiari. remed. 28, n. 2. & 3. Gratian. discept. 576, n. 1. cum seq. Rota in Ancaritana Pecuniaria l. Julii 1612, coram bon. mem. Remboldo apud Zach. de obligat. Camer. d. 204, n. 4.

Minus suffragatur quod secundus obligationis contractus ex mea liberalitate proveniat. Quia ad effectum, ut qui non conveniatur, nisi in quantum facere potest, sive simus in necessaria, sive in voluntaria obligatione opus est + per concludentes probationes, justificare paupertatis, & inopia calamitatem, ut post Bart. in repetit. extravag. ad reprimendum verbo summarie sub n. 30, vers. & item puto tradit. Cort. dicto remed. 28, n. 6, versic. secundo requiritur, & ante, nu. 9, versic. quintus, & ultimus, qua probata admittitur + temperamentum, traditum à Gratian. disceptat. 799, n. 45. affixando scilicet creditori, omnia bona cum onere atendi debitorem. In easu autem nostro, non solum paupertas, & inopia justificata non fuit, sed imò ultra peculum, ut supra, probatum ex dicta jurata confessione, apparent ex fide communis Altamuræ relata in dicto summ. n. 4. dictos fratres esse valde divites. Ideoque cessat ratio commiserationis, + & sic non videntur admittendi ad dictum beneficium, cum præsumant illud deducere ad defatigandum creditorem, ut not. Add. ad decif. Thesaur. 119, versic.

versic. & haberet unde solveret, cum plene allegatis in Romana prætense absolutionis 18 Junii 1646. coram R. P. D. meo Melito apud Zach. ubi supra decif. 165. n. 18.

Quapropter nec potest allegari beneficium cap. 7 Odoardus. Quia † non versamus in paupere solvere non volente, ut præcisè requirit textus, ibi, quatenus si confiterit, quod prædictus in totum, vel pro parte non possit solvere debita, & sequuntur Covar. var. resol. lib. 2. cap. 1.n.9. Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepisc. Cur. Neap. cap. 30. n. 18. Illudque multò minus prætendit valet a Pompeo. Quia licet ipse enuncietur Clericus; Attamen non justificatur sacris ordinibus 8 insignitus, † aut beneficiatus, vel quod alicui Ecclesiae inferviat ut requiri ultra paupertatem firmant Grall. de effect. Clerical. effect. 7.n.4. Ciarlin. controv. foren. lib. 1. cap. 101. n. 7. Genuen. dicto cap. 9. sub n. 30. Gratian. discept. 222. n. 39. & 40. Modern. Sicul. de benefic. deducit ne egeat, quest. 10, num. 28, & 29. Rota in Romana fissionis bonorum 19. Aprilis 1652. coram Rever. Terracinen. §. fin.

Et ita utraque &c.

#### DECISIO LXXXVII.

R. P. D. CERRO.

Romana Fideicommissi seu Salviani.

Veneris 23. Januarii 1654.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Creditor defuncti in istius bonis præfertur creditoribus hæredis.
- 2 Emptor rei fideicommissi subiectæ debet esse sollicitus de investimento. Declara ut n. 3. & num. 4.
- 3 Reo sufficit venire per non jus actoris.
- 4 Actor quis dicatur, origo cause attenditur.

**U**T recederetur à resolutione coram me emanata 1. Julii 1652. ubi decisum fuerat, esse locum statuto de duabus conformibus, scribentes pro sororibus de Amodeis non contendebant amplius extinctionem trium censuum firmatam in tribus præcedentibus decisionibus hujus causa, sed iterum deducebant in venditione Palatii controversi fideicommissarii quondam Francisci Contugii servatam non fuisse præcisam formam licentia Apostolice circa totum investimentum ibidem injunctum, & de novo allegabant D. Marchionissam Liviam Primam Sanctacrucian longè anteā fuisse satisfactam de suo credito dotali, pro quo D. Palatum possidet.

His tamen non obstantibus Doctores steterunt in decisio, non subsistit enim primum objectum, quia investimentum primo loco secutum in dictis tribus censibus cum eodem Tarquinio emporatore tutum omnino fuit, & secundum, sicut subsecuta observantia demonstravit, cum ille tam integras fructus persolverit, quam fortè principale actualiter restituerit, quam restitutione mediante legitimè facta illi fuerunt exticti, ut comprobatur in 2. decif. Reverendissimi Domini mei Decani 26. Novembri 1650. §. Neque relevat versic. dicebatur, & in decisione Reverendissimi Praefidis Domini mei Celsi 28. Aprili 1651. §. & nihilominus. Unde esto etiam,

quod ultimum Investimentum deinde factum cum Francisco Juniore de Sancta Cruce tempore contractus non esset exigibile, ut probari debet ex firmatis inter easdem partes in Romana Salviani 20 Aprilis 1640. coram Cardinali Panzirolo §. tum quia, & impotencia, & in dicta 2. decisione Reverendissimi Domini Decani, dicto §. neque relevat, versic. illud autem, vel ex post evaserit minus idoneum, & exigibile. Hoc tamen tribui non potest culpæ Tarquinii, sed Francisci; nec proinde efficit, quod forma Brevis ad unguem servata non fuerit, nullumque præjudicium affert creditoribus ejusdem Tarquinii, qualis est Marchionissa, † ut præferendi veniant Amodeis fideicommissarii creditoribus Francisci l. ultima §. & si præfatam, ibique gloss. verb. accommodare, C. de jure deliber. & l. cum emancipati, §. Illud autem ff. de collat. Fontanell. de paci. nuptial. claus. 4. gloss. 9. part. 2. num. 51. Rota in Anconitana Cambiorum 18 Maii 1646. coram Reverendissimo Praeside Domino meo Melito, §. non obstat quod Creditum.

Et insuper iterum Domini ponderarunt, quod licet regulariter emptor rei fideicommissio subiecta debeat esse sollicitus de verione, & investimenti effectuatione, ut notat Bart. in l. dol. num. 7. ff. de novat. Giurb. decif. 79. numer. 6. Manent. decif. 31. nu. 27. Rota decif. 121. n. 6. cum seqq. part. 7. recent. & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 4. Maii 1641, coram Cardinali Panzirolo, & plenius 30. Maii 1646, coram Eminissimo Domino Cardinali Corrado, secus tamen est quando alter inter partes (prout hic) accedente Principis auctoritate conventum fuit: tunc enim semper sustinetur alienatio & emptor † qui ex dicta partium Conventione ab onere investiendi liberatus fuit, tutus est etiam si versio pecuniarum in causam expressam non probetur, vel minus legitimè facta fuerit, istoque casu competit quidem actio vocatis ad fideicommissum contra alienantem, sed non contra empotem, quem Partes, & Pontifex voluerunt esse securum, ut post Vinc. de Franch. decif. 355. num. 6. distinguendo in suis terminis respondit Rota in Romana Domus 16. Novembri 1643. coram me sub §. ultra quod, nec Julius, quæ comprobata fuit in Romana Vineæ 2. Maii 1644. coram Reverendissimo Praeside Domino meo Bichio §. Consensus autem, versic. licet enim; ac prius inter easdem Partes in dicta Romana Salviani 23. Januarii 1643. coram Reverend. D. meo Decano, §. & hinc versic. cessat difficultas.

Nec ex eo, quod Investimentum fieri debet de consensu Tarquinii Empotoris censemur illi onus investiendi injunctum, quia ejus consensu non fuit requisitus simpliciter, ut proinde onerata censemur ejus conscientia † ad invigilandum pro indemnitate fideicommissariorum; in quibus terminis procedit contraria conclusio firmata in dicta Romana Vineæ coram Domino meo Bichio, §. nocet, sed solidum pro interesse ipsius empiroris, ut patet, tam ex conventione, quod dictum investimentum stare debet primario, & principaliter hypothecatum, pro sui securitate, quam ex expressa declaracione, quod mora, & negligientia venditoris in investiendo, illi nocere non posset. Unde retorqueri non debet in ejus odium, nec exinde desumi, quod oneratus fuerit pro invigilancia investimenti, ut rectè ad propositionem respondit

#### Ad Materiam de Alim. Decis. LXXXVIII.

155

respondit Rota decif. 210. n. 15, & decif. 312. n. 41, part. 6. recent. & in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1611, coram me §. quoniam prædicta circa fin. vers. alijs autem.

Secundum autem objectum satisfactionis faciliori responsione tollitur, quia nempe omisa discussione veritatis, & justificationis hujus prætentæ satisfactionis. Hoc prodebet non poterit in hoc judicio Amodeis originaliter astrictibus, omni actione, ut supra, quo prætensa immisione omnino carentibus, ideoque Marchionissæ reæ Conventæ † sufficit vincere per non jus actoris, l. ultima C. de rei vendic. l. cogi. C. de petit. hæredi. Caput aquen. decision. 11. n. 1, cum seqq. part. 1. Card. Caval. decif. 606. n. 11. Rota decif. 284. sub n. 4. & decif. 293. n. 9, part. 1, recent. ad diognoscendum enim quis sit actor, & quis sit reus \* attenditur principium, & origo causæ, Aym. conf. 182. nu. 2. Ofasch. decif. Pedem. 151. nu. 5. Mohed. decif. 5. ante n. 1, vers. quia est inspicienda de judic. Rota divers. decif. 423. n. 3. p. 1. & & in recent. decif. 30. n. 10, part. 1. Actor autem ab initio semper durat talis, l. 3. Cod. de appellat. Rota decif. 495. n. 13. part. 8. recent. Nam causa censetur eadem in secunda & ulteriori instantia, qualis erat in prima, Gloss. in l. ita demum verb. agitur, ibique Salyc. in fin. & in l. Invitus n. 15. Cod. de procurat. Rota Bonorum diversi. 138. & nostra coram bon. mem. Coccino decif. 42. n. 6. & in cæteris adductis in Eugubina Prædi. 14. Iunii 1649, coram me §. quia cum emanaverit.

Et ita utraque, &c.

#### DECISIO LXXXVIII.

R. P. D. PEUTINGERIO.

Melevitana Salviani, seu Census.

Mercurii 4. Februarii 1654.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Assignatio simpliciter facta intelligitur pro toto. Transacta in judicatum, & executa præsumitur justa, n. 2.
- 2 Exceptiones, quæ percutiunt defectum dominii non admittuntur in Salviano.
- 3 Jura spectant ad hæredes non ad legatarios. Fideiussor à principali est relevandus.
- 4 Pactum ex testamento non censemur sublatum nisi exprimatur.
- 5 Pater non potest auferre filio bona ex pacto acquista.

**D**isputatio sub die 4. Julii 1653, dubio, an sit standum vel recendum à decisio coram me sub die Decembri 1652. rescriptum fuit, ut strictè videretur pro qua parte domus illæ, de quibus agitur, spectent ad Petrum Paulum Authorem Cumuli, & hodie reproposito Doctores responderunt esse standum in decisio in ea parte in qua concessa fuit immisso Cumulo super Prædio Talmias, ex duabus ex tribus partibus census, de quo agitur, quamvis possideat dictas Domos, quia in hac parte plura fuerunt allata ad probandum Dominum, totale Petri Pauli, nempe assignatio \* facta Cumulo uti hæredi ipsius P. Pauli de anno 1639. harum Domorum absque aliqua restrictiva, & ideo totaliter l. cuius §. 1. ff. de legat. 2. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 2.n.6. Cumque ea assignatio transivit \* in judicatum, & externi demandati fuerit, habet pro se

justitiae præsumptionem, maximè quia emanavit citato Angelo Authore Testaferrata adversari, Rota decisione 143. n. 11, part. 6. & decif. 3. n. 37. & 7. recent.

Concurrente quod quamvis hæ domus ex Capitalibus matrimonialibus inter Catharinam, & Joan. Paulum Patrem P. Pauli pervenire, & spectare deberent omnia bona acquirenda durante matrimonio ad filios, qui erant sex, tamen ex datis sum. Cumuli num. 3. & seqq. apponunt duas filias foeminas renunciassæ ad favorem fratrium eamdemq; renunciationem fecisse Hieronymum ingrediendo Religionem Societ. Jesu, & tandem Mauritium alterum filium donasse partem Ang. fratri, qui Angel. habuit suam portionem in quantitate feitorum 2200. receptorum ex venditione Prædi Talmias, ac in censu unc. 100. quem extinxit, adeo quod bene potuit P. Paulo similiter filio Joan. Pauli pro portionibus ad ipsum pertinentibus fieri assignatio in totum domorum prædictarum, quæ ideo de his fructus fecit suos, vel saltem in judicio Salviani, exceptio Dominii, + & consequenter imputationis fructuum, ex dictis dominibus ab ipso perceptorum non sunt admittenda, ut in terminis respondit Rot. decif. 276. n. 9, vers. quare cum iste, & n. 10, & 11. p. 6. recent.

Decisionem verò prædictam DD. dixerunt esse revocandam in qua firmatur immisionem non esse dandam Cumulo pro tercia parte dicti census, cum pro ea sit hæres Petri Pauli obligati in solidum cum Mauritio, nam etiam pro dicta tercia parte Cumulo competit Salvianum, quia census fuit impositus pro luenda tenuta Taxenetiæ hæreditati Joan. Pauli, data in solutum Ang. ejus Donatario à Catharina nomine Mauritiæ, & aliorum hæredum, \* ad quos, & hæreditatem prædictam, spectat census non ad P. Paulum, qui est legatarius, l. fin. C. de hæred. act. quo censu censetur Petrus Paulus obligatus in solidum respectu creditoris, sed respectu Mauritiæ hæredis dicitur fideiussor, à quo posset petere relevationem, + si solvisset, Castr. confil. 409. nu. 1. lib. 1. Cravet. conf. 91. n. 2. Menoch. conf. 560. n. 8. Rot. decif. 133. num. 6. p. 2. diversi. & cor. bon. mem. Merlino decisione 512. n. 9.

Non obstat, quod Petrus Paulus ingrediendo Religionem inciderit in privationem omnium Bonorum à Testamento paterno in eo casu indicata, quia testamentum hujusmodi non loquitur de bonis provenientibus ex supradicto pacto matrimoniali, quod non censemur sublatum, + nisi de eo facta fuerit expressa mentio, ut pluribus aliquid fuit dictum in Veneta Indulit. 7. Junii 1647. coram Eminentissimo Cardinali Ottobono, & in Reatina pensionis 13. Februarii 1611. coram eodem.

Nec poterat Pater à filio auferre bona ex dicto pacto provenientia \* ut Gabr. confil. 132. n. 8. lib. 1. Fusar. q. 649. n. 27. Affili. decif. 350. n. 1. Rot. in terminis d. Paeti decif. 83. ex n. 3. & decif. 221. n. 1. p. 4. tom. 3. recent. & in omnem Casum hæc exceptio requirit, altiore indaginem.

Ad credita anteriora bene respondent informantes pro Cumulo, quod scilicet illa non exceedit scuta 800. bona verò sunt valoris scut. 2200. ut apparet ex instrumento, neque verisimile est, quod scuta 1200. ibi soluta pro bono Pacis dicantur donata, cùm potius censenda sint pars pretii rei venditæ.

Et ita &c.